G. Osuchowska Inscriptionem Donatoriam approbat et de Iure suo Cedit

Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Cre-
mesnicen. Comparens personaliter Generosa Petronella de Mrdaty
cze Osuchowska Generosi Alexandri Casimiri Gruchowski
Consors legitima Cum eiusdem Mariti sui Vti Tutoris Coniu-
galis personali assistantia et Vtro recognoscend. infrascripta recogno
scendo Consensu Sana Mente et Corpore existens ac Omnis
Adversitatibus quibus Jurisdictionibus suis quibusvis oppositis
Competentibus recedendo Praesentibusque Castren. Capitan. Cre-
mesnicen. Jurisdictioni quoad Actum Modernum attinet se
Cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac
per expressum recognovit Quia Ipsa eliberando supra scriptum
Dominum Maritum suum ab onere Statutionis sui Recognoscen-
tis ad approbandam Inscriptionem Donatoriam Summam Villae Osu-
chow in Districtu Radomien. Consistent. per eundem supra scriptum
Maritum suum Generoso Josepho Gruchowski Fratri suo germano
Coram Actis Castren. Radomien. seu alys quibusvis authenticis
Regni factam et recognitam in re et bona sua omnia libere assua
pro Inscriptionem eandem Donatoriam Modo supra scripto
per eundem Dominum Maritum suum in rem praesentis Domini Jose-
phi Gruchowski recognitam suo personali Recognitione in
toto et totaliter approbat Confirmat et ratificat et super ea-
dem Consensit Nec Non de Juribus suis eam advitalitio
quam alys quibusvis ab eodem Marito suo habitis et Coram
Actis quibusvis recognitis et in Bona supra scripta sese exten-
dentibus eidem Generoso Josepho Gruchowski Cessit et Cede sece-
dit pro Cedit et Condescendit praesentibus Omnibus et singulis ...

summo debitatum, vice aliud quodvis sibi ad omnes, dicta summas in persona supranominati Illustris Josephi Osuchowski Cześnikowicz nec Filios posteriorem totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat, Plenitudine. Ressignum Illustrem Josephum Osuchowski Cześnikowicz suum eiusque posteros Eorundem Iure ipsius Instrum. tenendi, habendi et possidendi, illoque quiete et pacifice utifruendi ad proque et se ad praemissum summam quemvis beneplacitum suis fructus libere et effectualiter convertendi Iuris ipsius Originalis omnia latius in se Complectentis plenariaque Ressi et transfusi Vigore.

Osuchowski Fratrem suum Quietat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Cremensibus Comparens personaliter Illustris Alexander Casimirus Osuchowski sanus mente et corpore existens a Illustris Directoribus Iudicibus Iurisdictionibus ubique suis quibusvis apud Comparentem recedendo, Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Cremensi quoad hunc modernum actum se suaque successoribus et bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publiceque et spontanee recognovit. Quia ipse Illustrem Josephum Osuchowski Fratrem suum germanum et ipsius successores de summa Nonagentorum Florenorum Polonicalium per eundem sibi Recognitorum Coram Actis Castrensibus Radomiensibus seu aliis quibusvis authenticis Regni Anno praeterito facta et super bonis suis generaliter omnibus modo simplicis Debiti assecurata Nec Non de ipsa Inscriptione Debitorea super summam praefatam se se expendente et sufficientem eiusque plenariam sibi Recognitorum